STATUTA ORDINIS PRAEMONSTRATENSIUM
Prémontré, 13. Jh. T. I nach 1244/1246, T. II nach 1256 Seite 21v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35395
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



Distinctio

Abbates v. priores. Suppriores. Provisores. et Magistri curiarum qui circa observationem et correctionem rasure conversorum inventi fuerint negligentes: pena consimili quantum ad ieiunium puniantur.

Incipiunt capitula sedis distinctionis.

De abbate. i. De priore. ii. De Suppriore iii. De Circatore. iiii. De cantore et Sucentore. v. De ebdomadario invitatorum. vi. De armario et solatio eius. vii. De sacrista et solatio eius. viii. De magistro Novitiorum. ix. De provisore exteriorum. x. De cellerario et solatio eius. xi. De vestiario et solatio eius. xii. De vestitu. xiii. De servitore infirmorum. xiiii. De fratre hospitali. xv. De hospitalitate. xvi. De portario et solatio eius. xvii. De mense lectore. xviii. De communi mandato. xix.

Abbas primum locum et principium in dextro choro debet habere. Te deum laudamus et antiquum ad Gnd. et ad magnum in festis duplicibus incipere. Ad processionem in purificatione sancte Marie. Responsum accepimus. In palmis Ingrediente dominum incipere. In vigilia Nativitatis domini. In capite ieiunii. In palmis. Tribus diebus ante pascha. In vigilia Penthecostes. In festis duplicibus. In commemoratione Omnium fidelium defunctorum et in prima die fratris defuncti presentis etiam